

Ergo permanet, ut fuit.

Assumptio apud peritos rei musica non eget confirmatione, te ejus indigere existimo, ideo rationes adducam. Cantilenarum materia sunt soni Musici, eos transpositione non mutari, vel aboleri procul dubio mecum statuis, non enim aliter potes, aliàs non maneret cantilena. Forma cantilenæ consistit in certo modo, qui consideratur ratione deductionis sonorum, item ratione intervallo- rum, specierum diapente & diatessaron, clausularum, ambitus, & finis. Deductio sonorum fit per voces musicales, ea sunt eadem in utraq; ratione, tam in regulari systemate, quam in transposito, dummodo transpositio legitime fiat, ut videlicet ex clave c regularis systematis fiat f transpositi. Non ut quidam in instrumentis Musicis cantiones transponere solent, quando ex C regularis systematis G faciunt, itidem in regulari systemate. Hoc modo enim species diapente & diatessaron variantur, quibus mutatis forma Γ Δ ϵ ζ η θ ι κ λ μ ν in aliam mutatur, & cantilena in alium modum transit, quod hic fieri non potest, si ex C fiat F. Deinde utrobique eadem